





D. F. F. D.





40  
B. C. D.  
Exercitationum

*Ad*

NOVUM TESTA-  
MENTUM SYRIACUM,

Disputatio Quarta.

*Quam*

Indultu Amplissimi Senatus Philosophorum  
in inclatâ LEUCOREA,

*Publica συμφιλολογούντων προσδιαλέξει  
submitte*

M. JOHANNES ERNESTUS  
GERHARDUS Jenensis,

*et*

PETRUS WENZEL

Stetin. Pomeranus,

*ad d. V. Maji*

In Auditorio Philosophorum  
horis antemerid.

---

WITTEBERGÆ

Literis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI.



IN OMNIBUS PARTIBUS

DE RE PUBLICA

LIBER PRIMUS

DE OFFICIO MAGISTRORUM

DE LEGIBUS

DE IURISDICTIONE

DE ACTIONIBUS

DE IUDICIIS

DE EXECUTIONIBUS

DE RE IUDICATA

DE RE INTERDICTA

DE RE PROHIBITA





*ἸΟΥΑ ἸΕΣΟΥ!*

אל תהי לשון ארמית קלה בעיניך שמצינו בחורה  
ובנביאים ובכתובים שהקבה חולק לו כבה:



Usto hoc encomio, multorum

Theologorum sententiâ, Chaldaicæ nobis  
Linguæ studium commendat. *R. Samuel Ben  
Nachman* in *Expos. Gen. majori.* Eandem si  
quis laudem Syriacæ linguæ tribuat, dubito  
num à Veritatis semitâ discessisse dici possit. Di-





stinguunt Christiani *Dd. N. Fœderis* libros in *Historiales, Do-*  
*ctrinales & Propheticum.* Inter has partes nulla est, in quâ non Sy-  
riacæ inveniantur dictiones. Evolvimus libros *Historiales?*  
occurrunt אבא Marc. 14. 36. ἐφφαθᾱ ib. c. 7, 34. κορβανῶν  
Matth. 27, 6. Πανά̄ ibid. c. 5, 22. imò integræ phrasēs ἡλὶ ἡλὶ λα-  
μᾱ σαβαχθανὶ Matth. 27, 47. τάλιθᾱ κῆμι Marc. 5, 41. Doctrī-  
nales, quos vocant inquirimus libros? en notissima Anathema-  
tis formula *μαρὰν ἀθά̄*, quâ Paulus utitur 1. Cor. 16, 22. Nec  
Apocalypsis, quam Prophetici libri titulo non immeritò insi-  
gniunt *Juris divini Consulti*, è Virorum Clarissimorum mente  
vocibus carere debuit prorsus *Aramæis* s. *Syro-Chaldaicis.* Ad-  
ferunt huc nomen *Angeli Abyssi*, qui ἐβεραῖσι (quâ  
voce non semper strictè *Ebraicam*, sed etiam *Syriacam* indi-  
gitari Linguam alibi è *Drusio, Dieu, Dilberro* probabimus) *Αβαδ-*  
*δῶν* dictus Apoc. 9, 11. Sic c. 16, 16. Ἀρμαγεδδῶν è Syriacis dictio-  
nibus compositum, quibusdam videtur. Neq; hoc mirum vide-  
ri potest, qui noverit, *Salvatorem nostrum* in diebus carnis *Syria-*  
*cè* locutum esse, ac linguam *Aramæam* s. *Syro-Chaldaicam* *E-*  
*vangelistis* atq; *Apostolis* fuisse vernaculam. Non itaq; ope-  
ram nos ludere existimamus, si paucas horas studio linguæ præ-  
dictæ dederimus, & cœptas in *N.T. Paraphrasin Syriacam* *Exer-*  
*citationes* continuaverimus. Esto igitur *Disputationis IV.*





POSITIO I.

Vocalium olim officium sustinuisse apud Ebræos ac Syros, quiescentes litteras נ ו & ם Clarissimi Philologi statuunt. Quæ inde in Codd. variatio. à *Drusio* fit discessus. Græci suas terminationes in fine nominum priorum peregrinorum addiderunt.


Litteras Ebræorum quiescentes נ ו & ם Vocales quondam, hodierna cum Vocalium figura abesset, representasse, censent multi iique excellentissimi Viri Philologi: (à quâ tamen sententiâ cum plerique nostratum Theologorum divortium faciant, nolimus jam nunc controversiam istam nostram facere: neque etiam nostrarum est vitium, litē hanc inter tantos Viros dirimere.) Eandem in Syriacâ Linguâ gessisse provinciam litteras quiescentes ܐ, ܘ & ܡ, sed additis punctis solitariis, arbitratur vir in rebus hisce indagandis sui nominis *Lud. de Dieu*. Causam hanc esse nos putamus, cur in Codice nostro memoratæ litteræ toties omittantur, ubi tamen editis in Codicibus additæ, & in vicem inserantur, ubi reliqui non exhibent. Exempli jam loco nobis sit vox  v. 6. c. 1. Matth. quæ in Codd. luci datis legitur cum *Judb*, post  inserto, quod indicio esset Lectori, Lomadh per vocalem secundam s. tertiam esse efferendum. Omittit vero noster tum commate allegato, tum alibi in hoc nomine, si unicum excipias locum, Matth. VI, 29. ubi quidem *Tremellius & Editio Viennensis* (cum quâ & *Corbena* hic facit) habent  reliqui tamen Codd., quibus ad stipulatur noster, legunt . Et hæc de litterâ quiescente *Judb* jam nunc hæc loci sufficiant. *Job. Drusius*, quo nemo penè diligentius feliciusque propria nomina in S. litteris obvia exposuit, reprehendit, qui prædictum nomen *Salomon* Latine scribunt



bunt, additâ sc. in fine litterâ *n*, mavultq; Græcè scribi Σαλομῶν  
 ἢ ὁ Σαλομῶν, adjicit deniq; in *Ebraeis nominibus Ebraicam esse sequen-*  
*dam consuetudinem, non Græcam aut Latinam.* Nos etsi ἀμφὸν  
 largiamur, Ebraicum nomen non agnoscere sub finem litteram  
*Nun*, an tamen firma inde sequela: ergò nec Latinè nec Græcè  
 per *n* efferendum, meritò ambigimus. Novimus enim, quam-  
 libet linguam suos habere idiotismos, Græcam cum primis no-  
 minibus peregrinis sæpè suas addere terminationes, *v*, *as*, *σ* &  
*ος*, ceu ex nominibus βαβυλῶν, βαρραβῆας, κηφᾶς, Ἰωάννης &c.  
 liquet, vel etiam ultimam nominis peregrini sive Barbari litteram  
 in *σ* mutare, ut βέλιας ἐ ἡγῆβ.

POSITIO II.

De descriptione nominis *Aminadbabb* apud Græcos  
 & Syros. *Drusius* adsertio ventilatur. Simi-  
 litudo litterarum *ε* & *μ* in Codd. MSS. Gr.

Nomen Ἀμιναδαβ noster punctat ita , & re-  
 ctè quidem: omittit quoq; rectissimè *Kuschoi* supra *Mim*, utpote  
 quod illius non capax. Nescimus igitur, quo fundamento, cu-  
 jusq; Codicis Syri auctoritate suffultus *Job. Drusius* scribere  
 haut vereatur; *Syros Amminadab* legere, duplici sc. *M* s. *Mim* per  
 daghesch forte geminato. Nullus sanè, quos quidem nobis vi-  
 dere contigit Cod. Syror. *Mim* vel geminatum in hâc dictione  
 exhibet, vel *Kuschoi* oneratum: & licet *Mim* *Kuschoi* grava-  
 tum esset, quod fieri tamen haut potest, cum solæ litteræ *Be-*  
*ghadhcephath* id sustineant, quod verissimè Doctissimus *Belga*  
 in *Gr. Harm.* adserit, illud ipsum tamen ob hoc non geminare-  
 tur, *Kuschoi* quippe tali potestate destituitur. Videatur  
 laudatus Auctor l. c. nec non Reverendissimus *Dn. D. Wellerus*,  
 Patronus noster magnus *Spic. Quæst. Syr.* olim hîc luci expos. l.  
 quæst. 5. Sed mittamus *Drusium*, & quid de descriptione dicti nomi-  
 nis prout in *Eclogis MS. Ecclesiæ Græcæ*, quæ in illustri *Senatus*  
*Noribergensis Bibliothecâ* adservantur, legitur sentiamus, oc-  
 casione hâc paucis aperiemus. Bis ibi scriptum deprehendi-  
 mus Ἀμιναδαμ, μ sc. pro ε sub finem posito. Hanc licet scri-





ptionem adprobemus neutiquam, utpote à quâ dissentiunt omnes, quantum nobis quidem è variantibus Lectionibus, quas viri docti luci dedere, constat, Codd. Græci; dissentit Interpres *Syrus* ut modò vidimus; dissentit *Arabs*, qui pariter in fine *Be*, præcedente *Eliph*, adhibet; dissentiunt Codd. Lat.; dissentit deniq; textus *Ebraeus* Num. VII, 12. C. X, 14. (ubi viri hujus fitementio) confirmat tamen scriptio hæc *Drusii*, viri diligentissimi sententiam, aliquoties memorantis, in Græcos quosdam Codd. ex antiquâ characterum  $\tau\iota\nu$   $\mu$  &  $\epsilon$  similitudine mendum irrepisse. Vide illum ad Voces N. T. Comm. Pr. p. 27. & 35. Manavit quoq; conformitas prædicta litterarum  $\mu$  &  $\epsilon$  in excusos libros, quemadmodum in antiquo *Callimachi* Codice id mihi aliquando ostendit Excell. Vir, Dn. *Joh. Ericus Ostermannus*, Græcarum Litt. in almâ hæc Witteb. Prof. P. Dn. ac Promotor meus observandus.

### POSITIO III.

An utraq; scriptio  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\acute{\nu}$  ac  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\tilde{\nu}$  ferri possit? malè in Eclogis Græcis scriptum  $\text{Μαναση}$ .











Pro  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\acute{\nu}$  v. 7. &  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\tilde{\nu}$  v. 6. in iisdem, quarum modò facta mentio, Ecl. Gr. legitur  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\acute{\nu}$  &  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\tilde{\nu}$ . quaeritur, an scriptio hæc ferenda? Videtur sanè, quòd non: cum nullus, quantum indagare valuimus, Codd. Græc. ita h. l. habeat. Attamen confirmare videtur quodammodo memoratam scriptionem i. locus apud *Luceam*  $\text{πρωξαποστολ. c. VII. 47.}$  ubi Codd. Græci, quos vidimus,  $\omicron\mu\omicron\theta\upsilon\mu\alpha\delta\omicron\nu$  agnoscunt  $\Sigma\omicron\lambda\omicron\mu\omega\acute{\nu}$ . 2. Loca in laudato MS. alia, sc. Matth. VI, 29. & Joh. X, 23. in quibus similiter scriptum videmus. 3. nomen  $\text{Εαβυλων}$ , quod in Casu secundo sonat  $\text{Εαβυλων}\Theta$ , ceu ex hoc adparet capite. Nescio, num pariter excusari queat, quando in iisdem Eclogis v. 10. habetur  $\text{Μαναση}$  &  $\text{Μανασης}$ , unico  $\sigma$  in medio, dum alii Codd. rectè habent  $\text{Μαναση}$  &  $\text{Μανασης}$ ,  $\sigma$  in medio geminato. Scribitur enim Ebraicè  $\text{מנשה}$  impresso daghesch forti litteræ  $\Psi$ , quod Græci fideliter in litterâ hæc solent referre. Quid? quòd sæpissimè  $\tau\omicron$   $\sigma$  litteræ  $\Psi$  respondens sæpè gement, licet in scripturâ Ebraicâ



bræā non adfectum sit daghesch, sicuti è Ναυραῶν, 'Isra'el,  
Μαριας &c. manifestissimum.

POSITIO IV.

Olaph sæpè litteræ Judh præmittitur, cujus vo-  
calem suscipit. *Drusus* deseritur. Syriacus sermo  
Christo vernaculus, sed distinctus ab illo,  
quo N. T. paraphrasis concepta.

Dissentit in scriptione nominis  Codex no-  
ster ab editis, dum literas  &  transponit h. e. *Olaph* ante *Tau*  
exhibet. quæstio inde emergit, utra scriptio alteri præferenda?  
Utraq; forsàn minùs mala. Communis, quia *Olaph* litteræ *Judh*  
sæpissimè serviliter præmitti solet, illiusq; vocalem recipit, quod  
& aliæ serviles faciunt litteræ, quando Ju lh antecedit, (id  
quod apud Ebræos quoq; aliquando usu venire, non uno exem-  
plo accuratè ostendit Excell. Dn. *Sennertus* Lingg. Oriental. in  
nostrâ Leucor. Doctor celeberr. Dn. ac Patronus meus singula-  
ris intimèq; colendus *Gram. Trost. revis. p. 14.*) uti ex nominibus  
 aliisq; patet. Sanè nomen  (ex  
quo præsens vocabulum compositum) tam nudè scriptum, quàm  
in compositione cum aliis, *Olaph* ferè semper exhibet; quam scri-  
ptionem quidem adèò Codex noster Syrus adprobat, ut etiam  
in nomine  (ita in Codd. excusis legitur) *Olaph*   
*Judh* postremo præmittat Luc. I, 54. 68. & ult. Matth. XXVII, 9.  
quomodo etiam in Psalterio Syro, ab *Erpenio* luce donato scri-  
ptum invenitur: mirer, quì h. l. sine *Olaph*  *Judh* præmissio,  
Cod. noster adductum nomen repræsentet. Adprobat tamen  
aliàs idem vulgatam scriptionem per , uti Matth. VIII,  
10. IX, 33. X, 6. & 23. Nostri verò Codicis scriptio exinde bona  
judicari posse videtur, tam quòd, ut modo ostensum, similia,  
ubi *Olaph* ante *Judh* in compositione vocis  cum alià  
dictione, omissum, reperiuntur exempla, tum quoniam *Olaph*  
quiescens medio vocis ceu indicina *τὸ Πτοχο* sæpè conspicitur  
inser-



insertum. Sicuti verò dictio  $\text{ܘܠ}$  in compositione tam defectivè h. e. sine *Olaph* ante *Judb* invenitur, quàm cum eo: ita certè nullum tum in nostro Codice, tum in editis invenire potuimus exemplum, ubi *Judb* omissum. Ut hinc nondum calculum nostrum *Drusii*, Philologi aliàs acutissimi, conjecturæ adjicere audeamus, quâ ipse, nullo tamen, quantum cernere datum fuit, ad stipulante Codice Syro, in Paraphrasi Syrà Matth. 27, 46. ac Marc. 15. legendum autumat, litteris transpositis,  $\text{ܘܠܝܢ}$  pro  $\text{ܘܠܝܢܐ}$ . Ad probare, ut diximus, conjecturam hanc etiamnum dubitamus, quin potiùs persuadebimus nobis, Syrum Interpretem locis modò adductis pronomen primæ personæ per ellipsin, ipsi non raram omisisse, quàm talem statuere scripturam, quâ vox hæc tam in compositione, quàm extra illam, in libris Syris non invenitur. Sed si Christus Syriacè, quali aliàs ipsum sermone fuisse usum constat, in illo acerbissimæ mortis angore clamavit, & quidem ex *Drusii* sententiâ  $\text{ܘܠܝܢܐ}$  cum suffixo, dubium emergit, an suffixum *Judb* primæ personæ in sing. antiquitùs s. tempore illo fuerit mobile per *Chevozo*, (aliàs enim non tantam vox hæc cum nomine *Elia*, quem Christum vocare quidam Judæorum autumabant, habuisset cognationem, nec forsan Matthæus per  $\text{ܘܠܝܢܐ}$  reddidisset) quod tamen hodie Syris quiescens esse h. e. sine vocali in singulari adhærere, idemq; jam tum in paraphrasi Syrà observatum fuisse, statuunt Viri Doctissimi. Ita sanè videtur, & luculenter perquam *Barth. Mayerus* in Prodr. Philol. Sacræ probat, *aliam fuisse Dialectum Syram, quam Servator in diebus carnis sanctissimis suis labiis consecravit, nim. Hierosolymitanam; aliam Antiochenam, quâ Syra N. T. paraphrasis, quam hodie possidemus, adornata & conscripta.* Juxta illam suffixum primæ personæ fuisse pronunciatum, liquere arbitramur è textu Græco authentico, & sic rectè quoq; conjicit *J. Drusius* Christum dixisse: *Eli, Eli*, quod ab *Elia* nomine propiùs abest; juxta hanc. verò, nimirum Antiochenam, suffixum hoc, ut & alia quædam (quemadmodum etiam terminationes quasdam personarum verbi,) efferri, cum Viris Linguae hujus amussim peritis, imò natiuitate

Syris, negamus.

**SOLI DEO GLORIA.**



VO A 6412

ULB Halle

3

002 920 379



VO 77


Retiro ✓











B. C. D.  
Exercitationum

Ad

NOVUM TESTA-  
MENTUM SYRIACUM,

Disputatio Quarta.

*Quam*

Indultu Amplissimi Senatus Philosophorum  
in inclatâ LEUCOREA,

*Publica συμφιλολογούντων προσδιαλέξει  
submitunt*

M. JOHANNES ERNESTUS  
GERHARDUS Jenensis,

&

PETRUS ΒΕΝΔΞ /

Stetin. Pomeranus,

*ad d. V. Maji*

In Auditorio Philosophorum  
horis antemerid.

---

WITTEBERGÆ

Literis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI.